

CXII (1). *Quantum merchatores accipere possunt pro expensis* (2) *ex denariis quos habent ad portandum extra Uenecias ad mercatum* (3).

Ordinamus quod omnes merchatores, tam ueneti quam burgenses ueneti (4), qui ad aliquas partes huius mundi uadunt cum mercato, ex omnibus denariis, tam de suis quam de alienis || quos habebunt in mercato (5), A. 242 possint accipere et habere pro uestimentis et calciamentis et omnibus aliis suis arnesis (6) soldos uiginti (7) pro centenario in anno, a libris centum usque ad (8) triamillia librarum completa. Et si plus uno anno steterint, plus accipiant pro ratione. Si uero minus steterint, minus accipiant pro ratione. Et si aliquis plus librarum triamillia habuerit | in mercato, de illo plus nichil accipere possit Q. 105* nec debeat; sed (9) id quod sibi aduenit (10) de libris tribus millibus, uidelicet libras triginta (11), sicut dictum est, diuidere et computare debeat comuniter inter totum hauere (12) quod habuerit. Insuper uero omnibus mercatoribus arma omnia et expensas (13) pro cibo et potu factas, et eciam solucionem quam debent facere || serui- A. 242* tori (14) super colleganciam habere concedimus (a).

Var. in Q: (1) CXXIV. — (2) expensis — (3) ad p. e. U. ad m. omesso. — (4) u. omesso. — (5) ex ... mercato omesso. — (6) suis alijs arnesijs — (7) XX — (8) C usque a — (9) set — (10) euenit — (11) XXX — (12) auere — (13) expensas — (14) seruitores.

(a) Come avverte il Pardessus (*op. cit.*), questo capitolo suppone un' associazione per il nolo e la spedizione fra tutti i caricatori che allora in generale, come già si ricordò, scortavano personalmente le loro merci (A. S.).

CXIII (1). *De banderiis quas mercatores habere et portare tenentur.*

Dicimus ut quilibet mercator qui habuerit in mercato libras mille (2) et plus, usque ad tria millia libra-

Var. in Q: (1) CXXV. — (2) M. —